

suas partes tam integrantes, quam exornantes. Habebunt corpora gloriosa diversa diversum, singula tamen optimum juxtà complexionem propriam temperamentum. Habebunt organa interiùs ac exteriùs perfectè disposita. Ætas in beatis omnibus eadem erit, juvenilis scilicet annorum circiter triginta trium, (intellige non quoad numerum annorum vitæ, id enim nimis ineptè diceretur, sed quoad dispositiones corporis illi annorum numero correspondentes) hæc ætas enim est plena & perfecta juxtà Apost. ad Ephes. 4. *In virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Statura erit, quam unusquisque cum rectâ vivendi ratione absque ullo naturæ defectu attigisset in suprâ dictâ juvenili ætate. Facies minus formosæ reformabuntur in melius, erunt tamen cum varietate & diversitate lineamentorum correspondente diversitati hujus vitæ, ut quilibet dignosci possit. 2. Gloriosa corpora etiam in operando suam habebunt perfectionem non quidem quoad partem vegetativam; cujus operationes non erunt in alterâ vitâ: quia ibi *non esurient neque sitient* II. 49. *Neque nubent, neque nubentur* Matth. 22. Sed quoad partem sensitivam, quia beati in corporibus gloriosis exercebunt operationes sensuum externorum ac appetitûs sensitivi, quia hæ sunt nobilissimæ operationes.

DISPUTATIO III.

De Voluntario & omissione.

Voluntarium aliquando sumitur strictiùs pro libero, aliquando latiùs pro omni objecto voluto sive omni illo, quod est gratum & conforme inclinationi sive elicite sive innatæ, quomodo hic sumatur distabit sequens.

QUÆ-

De Vo

QUÆ

Quid sit

Hoc import

omnis & actus s

quod voluntarium

voluntarium est intr

sic Q. 6. a. 1. it

quod: quia sic fut

voluntario & non

voluntarii e

que excluditur per

cum violenti

voluntarii negati

que excluditur p

.

Hoc volun 1. Volu

voluntarios graviur

voluntarios immo vegetat

voluntarios: quilibet hi mo

voluntarios, non tamen

.

A ratione voluntari

qui preveniunt mo

voluntarios actus sapiùs p

voluntarios, uti

voluntarios procedunt à volu

.

Perfectum volun

voluntarios disjuncto cu

voluntarios omnis ille actu

voluntarios, sive sit liber

voluntarios propter finem

voluntarios; un

voluntarios perfectissimâ

QUÆSTIO I.

Quid sit voluntarium.

DICO Hoc importat nomen voluntarii, quod motus & actus sit à propria inclinatione, & inde est quod voluntarium dicitur esse . . . non solum, cujus principium est intra, sed cum additione scientiæ S. Th. hic Q. 6. a. 1. in O.

Ratio est: quia sic sufficienter distinguitur adæquate ab involuntario & non voluntario tanquam extremis oppositis: involuntarii enim privati causa est violentia, quæ excluditur per particulas: *cujus principium est intra*, cum violentia sit à principio extrinseco. Causa involuntarii negativi sive non voluntarii est ignorantia, quæ excluditur per particulas: *cum additione scientiæ.*

Hinc colliges 1. Voluntarium non reperiri in motibus naturalibus gravium & levium, item in operationibus animæ vegetativæ, ut nutritione, augmentatione: quia licet hi motus vel actus sint à principio intrinseco, non tamen præsupponunt cognitionem finis.

2. A ratione voluntarii excluduntur actus intellectus, qui præveniunt motionem voluntatis: quamvis enim tales actus sæpius procedant ex alio actu intellectus præcedente, uti conclusio ex præmissis, non tamen procedunt à voluntate operante ex cognitione finis.

3. Perfectum voluntarium reperiri in omni actu voluntatis conjuncto cum perfecta cognitione finis: siquidem omnis ille actus perfecte participat rationem voluntarii, sive sit liber sive sit necessarius, qui est à voluntate propter finem cognitum agente, & seipsam in finem movente; unde etiam amor beatificus elicitus cum perfectissimâ cognitione ultimi finis est perfecte

suo vel determinatione permanente; exemplum est: celebratio missæ est formaliter voluntaria, si quis actu illam velit, est habitualiter voluntaria, quamdiu illum actum volendo contrarium non retractavit, virtualiter est voluntaria, quando prima volitio relinquit aliquem effectum ex se causatum: ut est progressio, lectio & similia ad sacrificium ordinata.

4. In Physicum & morale: physicum est, quod physicè, morale, quod moraliter & imputativè à voluntate dependet & procedit, morale subdividitur in id, quod à propriâ, & in id, quod ab alienâ voluntate procedit: prius est actus præteritus non retractatus, & in prudentum iudicio quoad aliquem effectum perseverans, donec relaxetur ac dissolvatur: sic vota, promissiones, contractus moraliter manent ratione obligationis, quam pariunt, quousque hæc relaxetur. Ita etiam peccatum præteritum non retractatum moraliter perseverat in peccatore, quamdiu manet privatio gratiæ; posterius est, quod ex alterius quidem suppositi voluntate procedit, hic & nunc tamen reputatur pro actu propriæ voluntatis; & hoc fieri potest quadrupliciter: 1.º. si quis consentiat, ut alius agat suo nomine: uti fit in procuratore, tunc enim actus procuratoris reputatur voluntarius mandanti sive constituenti procuratorem. 2.º. Cum quis auctoritate superioris vel juris pro altero constituitur: sic voluntas tutoris habetur pro voluntate pupilli. 3.º. Cum voluntas naturaliter subjicitur voluntati alterius: sic voluntas Patris censetur voluntas filii impuberis. 4.º. Cum quis ex pacto & sub certâ conditione aliquid acceptat pro se & descendantibus: quomodo peccatum Adami est omnibus posteris moraliter voluntarium, quia Adamus tam pro se, quam pro omnibus suis descendantibus acceptavit justitiam originalem propagandam, si non peccaret, & consequenter non pro-

pagandam, sed denegandam posteris, si peccaret.

5. In expressum & tacitum, vel interpretativum: voluntarium expressum est, quod actu expresso & formali à voluntate procedit. interpretativum est, quod prudentium iudicio vel fictione Juris censetur à voluntate procedere: sic actus subditi censetur interpretativè voluntarius superiori, quando sciens & potens impedire non impedit.

6. Involuntarium in se, & voluntarium in alio: voluntarium in se est, quod seipso terminat voluntatem. Volantarium in alio est, quod licet in seipso non sit formaliter volitum, sequitur tamen ex alio formaliter volito, ut potuerit & debuerit prævideri vel tanquam cum effectu formaliter intento connexum, vel secuturum ex ipso, sive contineatur in alio tanquam in causa: quemadmodum rixa est voluntaria ebrio, qui sciens se solitum in ebrietate rixari voluntariè sese inebriat; sive contineatur tanquam inferius in suo superiori, aut pars in toto: sic infanticidium est voluntarium homicidæ, qui prænantem occidit sciens vel culpabiliter ignorans esse prænantem.

7. Demum in directum & indirectum; voluntarium directum est, quod procedit ex positivo voluntatis influxu, sive procedat immediatè ut in seipso terminans voluntatis actum: ut furtum à fure. Sive procedat mediatè ut sequens vel concomitans aliquid, in quod voluntas tendit immediatè: ut mors ex porrectione veneni causata est directè voluntaria scienter porrigenti venenum. voluntarium indirectum est, quod licet à voluntate positivè non exeat, eidem tamen imputatur, quasi exiret: quia ab habente facultatem & obligationem impediendi non impeditur: quâ ratione destructio exercitûs est indirectè voluntaria ministris Annonæ, qui, cum possint de necessariis providere, provisionem non faciunt.

Q. 2.

Qualis ad voluntaria
 presentia ab eo, quod
 quod præsens est
 præfata, quâ cognoscitur
 contingere solet ferib
 est virtualis & int
 distinctè advertitu
 selecta advertentia,
 agenti vel omittent
 verteret. Circâ q
 aliq; docent
 dum peccatur
 cogitatio de m
 proximi, ita ut
 non adfit, ma
 proximi non
 formalite
 perpetratur,
 cogitatio, it
 & actu
 peccatum con
 damnata a
 Philosophicum
 naturæ r
 mortale est t
 Philosophicum qua
 parat, vel de
 sed non est
 dissolvens a
 agnum,
 advertentia
 adhuc,
 adeste lusti
 & debuer
 docent in

Q.2. Qualis ad voluntarium requiratur advertentia?

Advertentia ab eo, quod animum ad id, quod agitur, sive quod præsens est, vertat, dicta vel est actualis & expressa, quâ cognoscitur in seipso, quod agitur: sicut contingere solet seridè se in aliquo negotio gerentibus. Vel est virtualis & interpretativa, quâ confuse & minùs distinctè advertitur, ita tamen ut sit aliqualis & imperfecta advertentia, ratione cujus actus vel non actus ipsi agenti vel omittenti ità tribuitur, ac si actualiter adverteret. Circà quam explicandam laborant Theologi; aliqui docent hanc tunc tantum adesse, quando v.g. dum peccatur, occurrit aliquis scrupulus, dubium aut cogitatio de malitiâ actionis, offensâ Dei, nocumento proximi, ita ut, si tale dubium, suspicio aut cogitatio non adsit, malitia peccati, offensâ Dei, nocumentum proximi non sint voluntaria; ex quo inferunt non peccari formaliter, quamvis enorme sit facinus, quod perpetratur, si de malitia facinoris nulla actu occurrat cogitatio, in quo ne nimium opinandi licentiâ tribuatur, & actualis ad peccandum exigatur de Deo, cui peccatum contrariatur, cogitatio, notanda est propositio damnata ab Alex. VIII. Anno 1690. peccatum Philosophicum seu morale est actus humanus disconveniens naturæ rationali & rationi. Theologicum verò mortale est transgressio libera divinæ legis; Philosophicum quantumvis grave in illò, qui Deum vel ignorat, vel de eo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensâ Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æternâ poenâ dignum.

Alii econtrà advertentiam virtuales & interpretativam sufficientem ad hoc, ut malitia actûs, offensâ Dei sit voluntaria, adesse sustinent: si malitia actûs, offensâ Dei potuerit & debuerit cognosci. Unde advertentiam virtuales docent in illo reperiri; qui licet nullo modo

modo advertat, attamen quod non advertat provenit ex negligentia vel culpabili ignorantia, quamvis enim non advertat ad malitiam actionis v g. nihilominus censetur virtualiter & interpretativè advertere hoc ipso, quod ex negligentia vel ignorantia culpabili agat; & hoc potest fieri dupliciter 1. directè quia non vult attendere, sicut ille, qui noluit intelligere, ut bene ageret, & hi qui dicunt; recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. 2. indirectè ex hoc, quod homo incurius suæ salutis ad inveniendam viam veritatis studium & operam non adhibeat, sicut potest & debet: partim, quia bona talia sponte diligit, quorum dilectionem cæcitas mentis sequitur, quemadmodum enim tunc visibilem solem non valet quis intueri, quamdiu faciem pronus vertit in terram, ita quoque anima rationalis solem justitiæ aspicere non potest, quamdiu terrena diligendo deorsum demittit interiorum mentis aspectum. Partim, quia laxat fræna concupiscentiæ & passionibus: sicut de Calumniatoribus scriptura Dan. 13. dicit. *Exarserunt in Concupiscentiam, & everterunt sensum, & declinaverunt oculos suos, ut non viderent solem, neque recordarentur iudiciorum Iustorum.* Desumpta est hæc doctrina ex S. Th. 2. 2. Q. 15. A. 1. in O. cum his posterioribus.

R2. Ad voluntarium interpretativè, sive ut malitia actûs, Dei offensa, nocumentum illatum proximo sint voluntaria interpretativè & imputabilia, non requiritur advertentia formalis vel virtualis hoc modo explicata, ut adsit aliqua suspicio, scrupulus vel dubium, sed sufficit, quod debuerit & potuerit ad hæc adverti.

Ratio est 1. Authoritas tum S. Script. in quâ multi textus explicari nequeunt de peccatis factis cum suspicione, scrupulo, aut cogitatione dubiâ de malitiâ. Exemplum sit in illo textu Apost. 1. ad Cor. 4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum; in quem locum*
Cor-

Lapide famo
namus sapè no
os ex gratia & De
horiz vel cupidit
lib. 1. retrac
congruenter no
quæ d. nesciens
esse potest sine
tiam sine volunt
voluntate peccat
hoc enim facta
in cap. 14.
volutat homini
ad mortem, ubi
exilium pe
capit. 77. prob
cum commissa, ac
na vult ut suis appa
vultu, qui igne
guarum. Ex quoru
tate ad unum actûs ma
concupulus, dub
quæ
interpretativè voluntar
Quia qua
malitiam, not
malitia est imp
no ignorantia
in cap. si culpâ
facere & debere sc
credidit, atqui sapi
& tamen operat
potuisset, quia pe
omnibus affectio
facere; ergo

Cornelius à Lapide famosus ex societate scripturæ interpres: putamus sæpè nos bene agere, quod malè agimus, nos ex gratia & Dei amore facere, quod amore nostræ gloriæ vel cupiditatis facimus; tum SS. Patrum S. Augustini lib. 1. retract. cap. 15. *qui nesciens peccavit, non incongruenter nolens peccasse dici potest: quamvis & ipse quod nesciens fecit, volens tamen fecit; uà nec ipsius esse potuit sine voluntate peccatum.... Nec tale peccatum sine voluntate esse potuit; sed voluntate facti non voluntate peccati: quod tamen factum peccatum fuit: hoc enim factum est, quod fieri non debuit.* S. Hieronymi in cap. 14. proverb. ante illa verba: *est via qua videtur homini iusta, novissima autem eius deducunt ad mortem, ubi ita de reprobis: hoc, quod non prouidebant, exilium perpetuæ damnationis subibunt.* S. Bernardi epist. 77. probantis dari peccata per ignorantiam commissa, ac demum concludentis: *nunquid non ex his satis apparet, in quantis jaceat ignorantia tenebris, qui ignorat peccari posse interdum per ignorantiam.* Ex quorum Sanctorum assertis minime ad omnem actûs malitiam, ut sit voluntaria, requiritur scrupulus, dubium vel cogitatio aut reflexio de malitiâ, quippe quæ ignoratur, & nihilominus est interpretativè voluntaria.

Ratio est 2. Quia quando quis potest & debet advertere ad malitiam, non ignorat invincibiliter, & consequenter malitia est imputabilis & interpretativè voluntaria, *nec ignorantia te excusat, si scire debuisti,* ut dicitur in cap. si culpâ 9. de injur. & dam. dat. & paria sunt scire & debere scire per L. quod te mihi 5. ff. de rebus credit. atqui sæpe non est scrupulus, nec dubitatio, & tamen operans potuisset & debuisset advertere; potuisset, quia poterat negotium accuratiùs sepositis omnibus affectionibus tractare, & hoc etiam tenebatur facere; ergo poterat & debebat advertere.

Ratio

Ratio 3^{ta} deducitur ab absurdis, quæ ex contrariâ sententiâ sequuntur: nempe Judæos, qui Christum crucifixerunt, non peccasse, si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent 1. ad Cor. 2. Paulus existens æmulator paternarum traditionum innocenter egisset persequendo Ecclesiam. Persecutores Apostolorum forent excusandi, quia putabant se obsequium præstare Deo. Infidelium, hæreticorum, peccatorum excæcatorum fors foret melior, quam fidelium, hi enim dum Deum agnoscunt, legem ejus meditantur, malè agendo peccant, non peccaturi, si non scirent, nec adverterent; illi verò, quia de malitia non cogitant, nec eam advertunt, non peccant, imò ipsa cæcitas, ignorantia Dei, obduratio, si à peccato excusarent, forent Dei beneficia, quod videtur absurdum.

Obi. 1. Joan. 9. dicitur: *si cæci essetis, non haberetis peccatum*: atqui qui non advertit ad malitiam peccati, cæcus est; ergo peccatum non habet, sive non peccat formaliter, utique quia deest voluntarium.

R. Locum esse ita intelligendum: si cæci essetis; hoc est: si vos cæcos humiliter agnosceretis. peccatum non haberetis nempe cæcitatibus & incredulitatis: *nunc verò dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet*, hoc est: perfidia & incredulitas vestra.

Obi. 2. Illud Joan. 15. *Si non venissem, & locutus fuisset eis, peccatum non haberent*: atqui Deus ad illos non venit, quibus nec per se, nec per alios prædicavit, & peccatorum, in quibus ignoranter versantur, nullam cogitationem immisit; ergo tales à peccato ex defectu voluntarii sunt excusandi.

R. Eos de quibus loc. cit. Christus loquitur, excusandos quidem fuisse à peccato infidelitatis: quia mysteria fidei nullo prædicante invincibiliter ignorassent; ab illis autem peccatis non excusari, quæ ex ig-

noran-

incubi, cecitate v
 generaliter
 qui voluntari caci
 potentiam, non
 annu
 annu
 actum, quibus
 De ratione voluntari
 voluntarii; e
 esse præcognita
 anguendo aut, est c
 haberi possit Con, qu
 Th 1. 2. q. 6. a.
 quod es modo requi
 sicut & affir
 aliorum considera
 non ager
 na etiam non c
 non est plet
 ideo enim ali
 imperfecio
 modo consenti
 rationis ad
 libertatis exercit
 si nulla sit adv
 anteced. disti
 actus & pot
 nulla sit tantum a
 est peccatum N.
 berendi, sive de a
 diminuitur de
 peccato, ita ut si ex
 exiguum ce
 nullum admitta

norantiâ vincibili, cæcitate voluntaria commiserunt. itaque negatur mi. generaliter intellecta: venit enim Deus ad eos qui voluntariâ cæcitate peccant, in quantum dedit eis potentiam, non quidem credendi sine ullo prædicante aut fidem annuntiante, sed advertendi ad malitiam actuum, quibus peccant.

Obj. 3. De ratione voluntarii est cognitio: ut constat ex definitione voluntarii; ergo peccatum vel malitia peccati debet esse præcognita, ut sit voluntaria.

R. Distinguendo ant, est cognitio quæ revera habeatur vel haberi possit Con. quæ actu semper habeatur N. Est solutio S. Th. 1. 2 q. 6. a. 3. ad 3. ubi ita: *dicendum, quod eo modo requiritur ad voluntarium actus cognitionis, sicut & actus voluntatis, ut scilicet sit in potestate alicujus considerare & velle & agere, & tunc sicut non velle & non agere, cum tempus fuerit, est voluntarium, ita etiam non considerare.*

Obj. 4. Quando non est plena advertentia, diminuitur voluntarium; ideò enim aliqua peccata de se mortalia sunt venialia ex imperfectione actus, quia voluntas quidem aliquo modo consentit, sed imperfectè, vel propter imperfectam rationis advertentiam, vel propter imperfectum libertatis exercitium, ut in semidormientibus; ergo si nulla sit advertentia, nullum est peccatum.

R. Transmisso anteced. distinguendo conseq. ergo si nulla sit advertentia actu & potentiâ, nullum est peccatum Con. si nulla sit tantum actu, non autem potentiâ, nullum est peccatum N. quantum diminuitur de potentiâ advertendi, sive de advertentiâ virtuali ità explicatâ, tantum diminuitur de voluntario, & consequenter de peccato, ità ut si exigua tantum fuerit potentia advertendi, exiguum committatur peccatum, si nulla prorsus, nullum admittatur peccatum.

QUÆSTIO II.

An voluntarium indirectum sit propriè voluntarium.

DICO. *Sicut agere & velle est voluntarium, ita & non agere & non velle* S. Th. hic Q. 6. A. 3. in arg. sed contra.

*Probat*ur: Illud dicitur propriè voluntarium, quod est à principio intrinseco cum cognitione, sed non agere & non velle sive voluntarium indirectum est à principio intrinseco cum cognitione, quia est à voluntate se ad alia incompatibilia præsuppositâ cognitione applicante: v. g. quando esset audiendum sacrum, volente lusum vel dormitionem; ergo est propriè voluntarium. Mi. ulterius constat ex eo: quod cum voluntas habeat, quod propositum ab intellectu objectum possit nolle, & consequenter omissio prosecutionis illius objecti possit esse directè voluntaria, ita etiam possit illud non velle vel sine omni actu contrario, ut in sequentibus ostendetur. Vel saltem cum actu contrario; ergò utrumque est à voluntate cum cognitione, & consequenter propriè est voluntarium.

Obj. I. Propriè voluntarium debet esse à voluntate verè & physicè influente: cum voluntarium debeat procedere à voluntate cum cognitione, sed voluntarium indirectum non est à voluntate verè & physicè influente: cum potius importet negationem influxûs, quam influxum.

R. Vel neg. maj. eò quod voluntarium debeat esse à voluntate eo modo se habente, quem exigit id, quod est voluntarium; quod autem est ut non ens, exigit voluntatem non influentem; quod est ut ens à voluntate, physicum ejus influxum requirit. Vel claritatis causa distinguendo maj. debet esse à voluntate verè & phy-

De V
formaliter influ
influyente Con
Voluntariu
positivo, q
accidens, erg
reduci ad aliq

Neg. ant. aliud
ratione alteri
per acciden
in se, sed tan
licet ergo volun
atione alterius voli
voluntarium, est
voluntarium,

QUÆ
voluntarium indirect
ullo a

Uppono namq cert
posse aliquem actu
si actu superiori voli
tatem, ut: si,
quis se ita resolvit
voluntate est directè &
Voluntate ponatu
voluntate vel prævic
voluntate non comiter
voluntate noctem pr
etiam in tempore
non erigaturum
tatu mediatè in sui
tatu incompossi
tatu vel ludit tem
tatu, esse audi
Theol. Schol.

physicè formaliter influente N. vel formaliter vel interpretativè influente Con.

Obj. 2. Voluntarium indirectum, si sit conjunctum cum actu positivo, qui sit causa illius, est voluntarium per accidens, ergo non propriè est voluntarium, sed debet reduci ad aliquid, quod sit propriè voluntarium.

R. Neg. ant. aliud enim est esse propter vel per aliud sive ratione alterius voluntarium, aliud est esse voluntarium per accidens: id est non habere rationem voluntarii in se, sed tantum per denominationem ab altero; licet ergo voluntarium indirectum sit per aliud sive ratione alterius volitum & consequenter non sit directè voluntarium, est tamen propriè, quamvis indirectè voluntarium.

Q U Æ S T I O III.

An voluntarium indirectum sive omissio possit esse absque ullo actu formali.

Suppono tanquam certum apud omnes; tripliciter posse aliquem actum cum omissione conjungi.

1. Si actu interiori voluntatis quis directè tendat in omissionem, ut: si, dum est occasio audiendi sacrum, quis se ità resolvit: volo omittere sacrum, & tunc omissio est directè & immediatè in se voluntaria.
2. Si voluntariè ponatur exterior actus, ex quo aliquis prævidet, vel prævidere posset omissionem, quamvis ille actus non comitetur, sed antecedit omissionem, ut: aliquis in noctem protrahit lusum, ex quo prævidet se matutino tempore, quo sacrum esset audiendum, non evigilaturum; & tunc omissio illa sacri est voluntaria mediatè in suâ causâ.
3. Si voluntariè quis ponat actum impossibilem cum alio actu, ut: aliquis studet vel ludit tempore, quo scit, aut posset & deberet scire, esse audiendum sacrum; & hoc modo

omissio est indirectè & interpretativè voluntaria. In his casibus omissionem non esse voluntariam sine actu, qui eandem vel per se immediatè aut mediatè causet, ut in duobus prioribus: vel per accidens, ut in ultimo clarè & sine controversiâ patet.

Status autem quæstionis in præsentis est: an voluntas aliquando propositâ sibi per intellectum facultate & obligatione exercendi aliquem actum, illum purè omitendo, & nullum alium actum exercendo, qui sit directè vel indirectè causa vel occasio illativa ejusmodi omissionis (de actu merè per accidens & concomitanter se habente nulla est quæstio) tamen voluntariè illum omitat, sicque peccet peccato omissionis saltem interpretativè voluntario, sit pro exemplo: Titius sacerdos videns aliquem in aquis submergendum, cogitat quidem de impertiendâ absolutione, attamen nec vult absolvere, nec etiam positivè non vult absolvere, sed simpliciter omittit absolutionem, quæritur igitur an hæc ommissio sit voluntaria.

DICO. *Voluntarium potest esse... aliquando & absque actu interiore, sicut cum non vult* S. Th hic Q. 6. a. 3 in O. sive dari potest pura ommissio libera sine omni actu voluntatis causaliter vel occasionaliter conjuncto.

Probatum: Ad hoc ut voluntas non operetur, cum possit & debeat operari, nullus actus voluntatis requiritur, qui sit causa vel occasio non operationis; quod addo: quia esto, voluntas simul in alio actu occupetur, quando omittit actum præceptum, attamen potest fieri, ut ille actus sit plane disparatus, & non habeat impossibilitatem cum actu præcepto, quo casu merè concomitanter materialiter & per accidens se habet ad omissionem: ità enim adest, ac si abesset; sit pro exemplo: solemnis minister sacramenti cogitans, se esse in statu peccati mortalis, negligit elicere contri-

in hoc casu
voluntas occupa
tis, cum sit con
sufficiet contritio
ordine ad om
mens; atqui vo
quod voluntas
operari: suffici
nem, quod red
modo moral
vincibili, qua
quod merè ne
veritatis & a
omissio volu
operari dependeat à
quæ est d
gubernator
quia in ipsu
quæstione, qu
voluntariè
occasio ta
Volitio
voluntas ità se
vellet, sive qu
voluntatis pr
atque
operationis ad
quam
estimatur velle.
illo potest exero
respicit; sec
respicit pura
veritatis pro si
contradictio

tionem : in hoc casu administratio sacramenti, circa quam voluntas occupatur, non est causa vel occasio omissionis, cum sit compossibilis cum opposito omissionis scilicet contritione, ac ita administratio Sacramenti in ordine ad omissionem contritionis se habet per accidens ; atqui voluntarium indirectum consistit in hoc, quod voluntas non operetur, cum possit & debeat operari : sufficit enim ad voluntarium interpretativum, quod reducatur in voluntatem tanquam causam suo modo moraliter influentem, ut constat in ignorantia vincibili, quæ interpretativè voluntaria est, hoc ipso, quod merè negligat voluntas movere ad inquisitionem veritatis & acquisitionem debitæ notitiæ ; ita pariter ommissio voluntati imputatur : cum illud non operari dependeat à voluntate tanquam dominâ, voluntas enim æquè est domina sui non velle quam sui velle ; sicut in gubernatorem navis reducitur cessatio gubernationis, quia in ipsius potestate non minùs est cessare à gubernatione, quam gubernare navem. Ergo voluntas potest voluntariè non velle absque ullo actu, qui sit causa vel occasio talis omissionis.

Confirmatur I. Volitio interpretativa nihil est aliud, quam ipsa voluntas ita se habens circa aliquid ac si positivè illud vellet, sive quod voluntas sit in tali dispositione, ut possimus prudenter interpretari, voluntatem hoc velle ; atqui cum voluntas cum plenâ advertentiâ obligationis ad actum præceptum negligens est in operando, quamvis nullum actum eliciat, prudenter æstimatur velle. Ergo est volitio interpretativa.

2. In illo potest exerceri libertas, quod libertas pro suo extremo respicit ; sed libertas contradictionis pro suo extremo respicit puram omissionem : sicut enim libertas contrarietatis pro suo extremo respicit contrarium, sic libertas contradictionis immediatè respicit opposi-

tum contradictoriè, opposita autem contradictoriè sunt actus & negatio; ergo proposito quocunque objecto sub indifferentiâ potest voluntas circâ illud liberè vel actum elicere vel actum omittere.

Obj. 1. Authoritatem D. Ang. in quâ se fundat sententia opposita. 1. 2. q. 71. a. 1. ita S. D. *Si intelligatur in peccato omissionis illud solum, quod per se pertinet ad rationem peccati, sic quandoque omissionis peccatum est... absque omni actu vel interiori vel exteriori... si verò in peccato omissionis intelligantur etiam cause vel occasiones omittendi, sic necesse est in peccato omissionis aliquem actum esse.* Ex quo Adversarii inferunt, ergo quamvis omissio quâ talis & ex naturâ omissionis non requirat aliquem actum quasi tui constitutum, omissio enim formaliter est carentia actûs, attamen ex parte operantis & quatenus omissio est voluntaria, requirit aliquem actum, qui saltem sit causa vel occasio omissionis.

R. S. D. intelligendum esse de occasionibus & causis tantum remotis, & sic verum est, quod aliquis actus voluntatis semper antecedit, saltem ille, quo voluntas applicat, & incipit applicare intellectum practicum ad proponendam sibi obligationem actûs præcepti: attamen illi actus non sunt impossibiles cum actu, cuius omissio est purè libera, & consequenter non sunt proxima causa vel occasio omissionis.

Obj. 2. Exercitium vitale non potest esse absque omni actu: quia exercitium vitale est essentialiter motus ab intrinseco, motus autem ab intrinseco non est sine actu voluntatis; atqui libera omissio includit exercitium vitale, quippe exercitium libertatis est exercitium potentiæ formaliter liberæ, quæ est vitalis.

R. Distinguendo maj. Nullum exercitium vitale physicum & positivum potest esse sine omni actu. Con. nullum exercitium vitale morale & negativum potest esse

DE VO
omni actu N. O
morale & neg
vitalis positivi,
est domina sui
igitur vol
adæquat
adæquate prin
non activu
Ut omissio
peccaminosa omit
per quod omissi
natura in actu secu
omittendi transeat
esse non pote
quod enim voluntati
in actu primo, nec
liberæ, obligatio præ
acta; ergo liber assigna
voluntatis essentialiter
necessariè actatur volu
tatis secundum.
Distinguendo maj.
voluntaria, necesse e
esse vel immutat
actu in actu secundu
adæquat mi. nihi
qui voluntas tra
actum secundum,
Scribitur est: vol
et moraliter transi
& omissionem f
que ante erat volu
voluntas per prævi
cipio & potentiâ

esse sine omni actu N. Omissio verò libera est exercitium libertatis morale & negativum, quia est ipsa negatio exercitii vitalis positivi, dependens tamen à voluntate, quæ sicuti est domina sui agere, ità etiam sui non agere, quamvis igitur voluntas etiam ut libera libertate contradictionis adæquatè sit Entitas positiva, non tamen est adæquatè principium activum, sed etiam est principium non activum seu principium negationis actûs.

Obj. 3. Ut omissio fiat in actu secundo voluntaria & peccaminosa omittenti, necesse est aliquid assignare, per quod omissio ex voluntariâ in actu primo fiat voluntaria in actu secundo, & ità voluntas ab actu primo omittendi transeat ad actum secundum; atqui hoc aliud esse non potest, quam actus voluntatis: quidquid enim voluntati est extrinsecum, illud etiam adfuit in actu primo, nempe propositio indifferens intellectûs, obligatio præcepti, suspensa voluntas ab actu; ergo debet assignari aliquid intrinsecum, cum voluntarium essentialiter requirat causam intrinsecam, ratione cujus dicatur voluntas ab actu primo transire ad actum secundum.

R. Distinguendo maj. ut omissio fiat in actu secundo voluntaria, necesse est, ut voluntas transeat physicè per realem immutationem ab actu primo omittendi ad actum secundum N. moraliter Con. similiter distinguitur mi. nihil aliud est quam actus voluntatis, quo voluntas transeat physicè ab actu primo ad actum secundum, Con. quo transeat moraliter N. Sensus est: voluntatem non quidem physicè sed moraliter transire de actu primo ad secundum, & omissionem fieri voluntariam in actu secundo, quæ ante erat voluntaria in actu primo, in quantum voluntas per præviam advertentiam constituta in actu primo & potentiâ proximâ ad ponendum actum,

ex suâ intrinsecâ efficacîâ conjungitur cum omiſſione oppositâ actui hic & nunc eliciendo, si voluntas maluisset se positivè ad actum quam negativè ad omiſſionem actûs determinare, sive ad actum non determinare.

Inst. Omiſſio actûs, quæ nihil amplius est, quam carentia actûs, erat etiam, quando voluntas erat in actu primo & potentiâ proximâ eliciendi actum; ergo ratione hujus omiſſionis non potest dici, quod voluntas transeat de actu primo ad secundum.

ꝛ. Distinguendo aut. erat etiam quando voluntas erat in actu primo &c. Omiſſio actûs absolutè abstrahendo à voluntate ut causâ moraliter omiſſionem causante Con. privativè & connotando voluntatem, ut causam moralem N. sed omiſſio actûs nihil amplius est quam carentia actûs absolutè N. quam carentia actûs egrediens à voluntate habente potentiam proximam actûs oppositi Con. Omiſſio priori modo sumpta est mera negatio voluntatem ut subjectum connotans, posteriori modo sumpta est privatio actûs voluntatem ut principium connotans, priori modo sumpta est in voluntate, posteriori modo est à voluntate.

Obj. 4. Omne voluntarium debet à voluntate procedere: sed pura omiſſio sine omni actu non potest procedere à voluntate: nihil enim procedit à voluntate, nisi ad quod voluntas est inclinata & determinata ab objecto voluntatis, nulla enim potentia fertur extrâ suum objectum, voluntas autem sine omni actu non potest determinari ab objecto suo, quod est finis, finis verò non trahit & determinat voluntatem sine actu: tum, quia causalitas finis est appeti; tum, quia non potest intelligi voluntatem immutari & trahi à fine sine intrinsecâ & passivâ mutatione voluntatis.

ꝛ. Distinguendo maj. Omne voluntarium debet à voluntate procedere ut est principium agendi vel non agendi

Con præcisè ut
distinguitur mi. cõ
non ut est pri
ncipium non ag
à voluntate ne
sed moraliter, &
ut à vo
in mota & in
procedere à vol
tate, ad quod p

Voluntas per oi
modo, at
modo, in ho
distinguitur à brut

Negandi, ad p
modo homo liberè c
Tunc libertatis & sec
modo ope
geniæ, &
omne.

Uthomo aliq
motum, quare or
rationem & cau
de motum habe

Distinguendo maj
virtualiter à vol
Con similitè
pura ideò ho
& finis propo
& deberet me
interpretativè a
agitur actus, ac
agere.

agendi Con præcisè ut est principium agendi N. Similiter distinguitur mi. eò quod omissio pura procedat à voluntate, non ut est principium agendi & volendi, sed ut est principium non agendi & non volendi, ideoque procedit à voluntate non positivè sed negativè, non physicè sed moraliter, & quamvis nihil possit à voluntate positivè & ut à volente procedere, nisi ad hoc voluntas sit mota & inclinata à fine, attamen potest aliquid procedere à voluntate negativè & tanquam à non volente, ad quod potius non sit mota, quam mota à fine.

Inst. 1. Voluntas per omissionem peccans se debet habere humano modo, atqui purè omittendo non habet se humano modo, in hoc enim homo in modo operandi distinguitur à bruto, quod operetur propter finem.

¶. Negando mi. ad probat. dicendum; quod duplici titulo homo liberè operans distinguatur à bruto: 1. Titulo libertatis & secundum hunc liberè omittens distinguitur à modo operandi brutorum. 2. Titulo agendi propter finem, & hic titulus non reperitur in liberè omittente.

Inst. 2. Ut homo aliquid liberè omittat, debet habere motivum, quare omittat, ut interroganti possit reddere rationem & causam motivam suæ omissionis; atqui tale motivum habere nequit, nisi propter finem omittat.

¶. Distinguendo maj. debet habere motivum actualiter vel virtualiter à voluntate intentum N. interpretativè tale Con similiter distinctâ mi. dicendum in omissione purâ ideò hominem liberè omittente, quia motivum & finis propositus ad agendum & volendum, qui posset & deberet movere, illum actu non movet, quod est interpretativè ab opposito moveri, quia in re ita non ponitur actus, ac si voluntas propter aliud motivum nollet agere.

Obj. 5. Si detur pura omisio libera & voluntaria, etiam dabitur pura omisio bona & meritoria : si enim pura omisio actûs præcepti possit esse mala, quia potest esse interpretativè voluntaria, etiam pura omisio actûs prohibiti poterit esse bona & meritoria, quia poterit esse interpretativè voluntaria ; si enim sufficit ad voluntarium interpretativum in omisione actûs præcepti æquivalentia puræ omisionis cum voluntate omittendi, etiam sufficiet in omisione actûs prohibiti æquivalentia omisionis cum voluntate omittendi : v.g. furtum, quæ est bona moraliter.

ꝛ. Negando consequentiam : *Disparitas est* : quod malum tanquam aliquid defectuosum non debet terminare voluntarium neque directum, neque indirectum, ideoque omisio actûs præcepti indirectè voluntaria est mala, ut enim inquit S. Th. 1. 2. q. 71. a. 5. ad 1. *Peccatum potest contingere, sive aliquis faciat, quod non debet, sive non faciendo quod debet, sed meritum non potest esse, nisi aliquis faciat voluntariè, quod debet* & ideo meritum non potest esse sine actu, sed peccatum potest esse sine actu. Cujus ulterior ratio est : quia bonum honestum etiam ex naturâ bonum in tantum communicat suam bonitatem, in quantum directè amatur.

Obj. 6. Si quis posset peccare per puram omisionem, tunc voluntas absque omni actu suo posset mutare ultimum suum finem : quia justus peccans mortaliter mutat ultimum finem præferendo bonum proprium Deo ; atqui voluntas non mutat ultimum finem, nisi tendat & se suaque convertat in ultimum finem, quod absque actu fieri nequit, ergo.

ꝛ. Distinguendo maj. sequel. voluntas absque omni actu suo tam formali quam interpretativo posset mutare ultimum suum finem N. absque omni actu formali Con. ita quoque disting. mi. voluntas non potest

ultimum fine
absque omni ac
Explico : qua
negligit elic
in prudent
ipfam omitte
gressione & jac
pura omisio
actu, nempe
regis divinz,
Voluntas mutat
sed non mu
ultimum finem sine
Disting. maj. muta
ultimum finem N.
liberum mutationem
formaliter
peccat
subi
quam ho
Diam Con.
disting

Q U Æ S

voluntatem non

procedit
ut omisio
voluntaria
v.g. Quis r
frequentan
ambulat, vide
vel poti
vel studii conj

est mutare ultimum finem absque omni actu suo formali N. absque omni actu vel formali vel interpretativo Con. Explico: quando voluntas post plenam advertentiam negligit elicere actum præceptum, purè omittendo, in prudentum æstimatione ità se habet, ac si vellet ipsam omittere, non obstante præcognitâ legis transgressione & jacturâ divinæ amicitiae: ideoque hæc pura omissio virtualiter, sive æquivalenter habetur pro actu, nempe volitione omittendi & contemptu legis divinæ.

Inst. Voluntas mutans ultimum finem mutatur formaliter, sed non mutatur sine actu. Ergo non mutat ultimum finem sine actu formali.

R. Disting. maj. mutatur formaliter per illud, quo mutat ultimum finem N. per illud, quod consequitur ipsam liberam mutationem ultimi finis Con. sive voluntas mutatur formaliter id est moraliter & Theologicè, inquantum peccaminosam omissionem ex necessitate subsequitur subtrahitio & privatio gratiæ & Charitatis, per quam homo prius erat habitualiter ordinatus in Deum Con. mutatur physicè eliciendo actum N. similiter distinguitur mi.

QUÆSTIO IV.

An ad omissionem voluntariam requiratur debitum non omittendi?

Quæstio hæc procedit I. De omissione: an scilicet ad hoc, ut omissio secuta ex aliquâ actione voluntariâ, sit voluntaria, requiratur obligatio ponendi actum. v. g. Quis nullam habens obligationem studendi, vel frequentandi Chorum, tempore studii vel Chori ambulat, videns ex hoc omissionem studii vel Chori sequi, vel potius cum ambulatione omissionem Chori vel studii conjungi, an hæc omissio sit voluntaria.

2. De effectu ex omissione secuto: an hic sit voluntarius, quamvis non sit obligatio ponendi actum omissioni oppositum, exemplum est: Petrus ab inimico in plateis occiditur non occidendus si me interposuisssem, quæritur, an occisio Petri mihi sit voluntaria? pro quo.

Suppono 1. Ut omissio sit imputabilis ad culpam, requiritur, quod voluntas debuerit agere: quia ubi nulla est prævaricatio legis, nulla est imputatio ad culpam; atqui ubi nulla est obligatio legis, nulla potest esse prævaricatio legis. Ergo etiam tunc nulla esse potest imputatio ad culpam.

Suppono 2. Omissio potest esse directè voluntaria absque ullâ obligatione ac præcepto: ut si quis resolvat se: volo hâc die feriali non audire sacrum. Omissio sacri est voluntaria, quia procedit à voluntate cum cognitione finis.

DICO 1. *Domini sumus ejus, quod est agere, & non agere, velle & non velle* S. Th. hic Q. 5. a. 3. in arg sed contrâ. Explico: omissio secuta & prævisa ex aliquâ actione voluntariâ est voluntaria, etiamsi non sit obligatio vel præceptum ad actum oppositum omissioni est communior contrâ aliquos etiam Thomistas.

Probat 1. A priori: stantibus principiis intrinsicis & essentialiter requisitis ad rationem voluntarii, manet voluntarium; sicut positus vel manentibus principiis hominis ponitur vel manet homo. Atqui secluso præcepto vel obligatione sunt principia intrinsicæ voluntarii: est enim cognitio objecti & potentia voluntarii; præceptum verò vel obligatio est aliquid extrinsecum supponens ipsum voluntarium tanquam materiam suprâ quam cadit; ergo positâ voluntate, quæ potest omittere vel non omittere, ommissio redditur voluntaria, licet non antecedit præceptum.

Proba-

2. A posterio
ad mortificationem
& tamen sunt ve
si quis ob studi
omittat licet
omissionem aliquor
man, quibus poss
be omissiones fin
illarum, sed sui
voluntaria, ut
tempore & oc
commoditatibus fr
S. Th. hic Q. 6
agendo potest
non agere, & a
voluntaria non agere
ut omisfic
voluntarii qual
non datur
voluntarii potest
loquitur
est volu
loquitur
quam requi
simplic
secun
nisi i
omissio; ut
consequentia
seipsum est i
oppositus
potest ag
secutus ex on

Probatur 2. A posteriori: multæ omissiones, quæ pertinent ad mortificationem, non cadunt sub ullo præcepto & tamen sunt voluntariæ: quia sunt meritoria, ut: si quis ob studium, orationem, religionis observantiam omittat licitam recreationem, aut habeat privationem aliquorum delectabilium vel commoditatum, quibus posset licitè uti, non requiritur quod istæ omissiones sint voluntariæ per volitionem directam illarum, sed sufficit quod indirectè & consequitivè sint voluntariæ, ut: si quis occupatur studio vel oratione eo tempore & occasione, quo videt se posse talibus commoditatibus frui.

Obj. 1. S. Th. hic Q. 6. a. 3. dicit: *Quia voluntas volendo & agendo potest impedire hoc, quod est non velle & non agere, & aliquando debet, hoc, quod est non velle & non agere imputatur ei, quasi ab ipsâ existens*, atqui ut omisio sit voluntaria necesse est, ut imputetur voluntati quasi ab eâ existens, ergo secundum D. Ang. non datur voluntarium in omissione, nisi quando aliquis potest & tenetur agere

R. S. Th. vel loquitur de effectu secuto ex omissione, qui nunquam est voluntarius, nisi fuerit obligatio agendi. Vel loquitur de omissione imputabili ad culpam, ad quam requiritur debitum agendi, non verò de omissione simpliciter voluntariâ, ut patet legenti totum textum.

Obj. 2. Effectus secutus ex omissione non est voluntarius omittenti, nisi intercedat aliquod præceptum, ergo nec ipsa omisio; utrumque enim est voluntarium indirectum.

R. Neg. consequentiam: disparitas est: quod ipsa omisio per seipsam est in potestate omittentis, sicut est ipse actus oppositus omissioni: quemadmodum enim voluntas potest agere, ita etiam non agere; effectus autem secutus ex omissione non sequitur per se immediate

mediate ad illam, sed per accidens, sive per aliud: quia debet intervenire aliud, quod effectum causet positam omissionem actus, quo potuisset effectus impediri; patet in exemplo: Titius se non interposuit in rixa duorum, ex quo sequitur homicidium. In hoc casu omisio interpositionis, quia erat in potestate Titii (poterat enim se interponere & non interponere) est in seipsam voluntaria; sed quia illa omisio interpositionis per se non influit in occisionem, ideo occisio non est voluntaria physice, non enim physice est causata a non interponente; neque est voluntaria moraliter, nisi adsit aliqua causa extrinseca videlicet preceptum vel obligatio se interponendi, ob quam Titio se non interponenti, dum potest & debet se interponere, imputetur occisio rixantis.

O j. 3. Si impossibilitas v. g. studii cum auditione sacri sit ratio, ob quam omisio sacri sit voluntaria studenti, ferè infinitarum rerum omissiones erunt cuique voluntariæ: tot quippe sunt omissiones actuum, quot actus sunt impossibiles cum studio; hoc autem videtur absurdum, ut si diceremus quod homini dormienti essent voluntariæ omnes omissiones actuum illorum, qui vigiliam requirunt.

R. Negando consequentiam quia solummodo illorum actuum omissiones sunt voluntariæ, quorum ut mox possibilem adest in intellectu confusa vel extrinseca advertentia, quam cognoscit, non quidem sub particulari ratione v. g. lectionis illius libri, picture illius imaginis, sed ut in termino quodam generali v. g. studii, opificii &c. contentos actus in hisce circumstantiis ponibiles, unde, qui voluntariè somnum capit, indirectè tantum vult omissiones illorum actuum, quos saltem confuse cognoscit hic & nunc per somnum impediendos.

DICO 2. *Non semper id, quod sequitur ad defectum*

divis, redactus
 non agit: sed solus
 S. Th. hic Q 6
 art. 1. A priori
 reperitur principie
 melius influat in
 voluntarium: tum
 non extrinsecum,
 interpretative talis
 videtur: quia nil v
 re vel physice vel n
 re: ab quem actum
 omissionem intrinsecu
 re voluntate: ne
 non extrinsecum,
 cum omissioni opp
 onantur in navi ex
 tra, & requiritur si
 voluntario gubern
 ratione impediendi nav
 cum proprio gubernat
 rationem virtut
 a voluntatem non
 voluntatem &
 ratione navis: ha
 voluntatem efficiens fun
 rationis a volun
 ratione obligat
 ratione fundamentum
 ratione non sequitur v
 ratione voluntatis ex v
 ratione: si sit obligat
 ratione gubernationis
 ratione: quia p
 ratione: per talem gub

Actum actionis, reducitur sicut in causam in agens, ex eo quod non agit: sed solum tunc, cum potest, & debet agere. S. Th. hic Q. 6. a. 3. est communior.

Probatur 1. A priori: quando ex parte voluntatis nullum reperitur principium intrinsecum, quo physicè vel moraliter influat in aliquem effectum, illumque reddat voluntarium: tunc recurrendum est ad aliquod principium extrinsecum, ratione cuius saltem moraliter & interpretativè talis effectus à voluntate procedat, vel dependeat: quia nil voluntarium, nisi procedat à voluntate vel physicè vel moraliter; atqui in voluntate omittente aliquem actum indebitum nullum reperitur principium intrinsecum, cur effectus dicatur procedere à voluntate: nec ullum aliud est assignabile principium extrinsecum, quam obligatio ad ponendum actum omissioni oppositum; v. g. Titius peritus artis nauticæ in navi existens non dirigit gubernaculum, ex quo sequitur submersio navis; in hoc casu voluntaria ommissio gubernationis non habet physicam virtutem submergendi navem, ut per se patet; deinde secluso præcepto gubernandi, ommissio gubernationis non habet moralem virtutem reducendi submersionem navis in voluntatem non gubernantis velut effectum ab ipsâ procedentem & imputandi non gubernanti submersionem navis: hæc enim nil aliud est quam quod detur sufficiens fundamentum arbitrandi, quod submersio navis à voluntate non gubernantis dependeat. Sed absque obligatione gubernandi navem non datur tale fundamentum, quia sublatâ obligatione submersio non sequitur vi omissionis, sed præter intentionem omittentis ex violentâ depressione fluctuam. Econtra; si sit obligatio gubernandi navem, ex omissione gubernationis secuta submersio imputatur non gubernanti: quia poterat & debebat gubernare navem, & per talem gubernationem impedire submersionem,

sionem, quæ ex hoc non gubernanti est voluntaria interpretativè.

Probat 2. A posteriori: Si effectus ex omissione per accidens secutus seclusâ obligatione impediendi sit voluntarius, Ergo omnia peccata Angelorum & hominum essent Deo voluntaria, ac ità Deus esset causa horum peccatorum videlicet per denegationem auxiliorum efficacium: cum Deus videat denegatis auxiliis hominem vel Angelum infallibiliter peccaturum; sed hæc sunt absurda; nec ob aliam rationem dici non possunt, nisi hanc: quod, licet illa peccata Deus non impediatur, quæ certè posset impedire, attamen non sint voluntaria Deo: cum Deus non sit obligatus impedire peccatum, quod utique impedire posset; ac ità peccatum non sequitur vi denegationis auxiliorum, sed ex vi liberi arbitrii defectuosè operantis.

Obj. I. Aliquando effectus ab extrâ per se & necessariò connectitur cum omissione sine interventu alterius causæ; ergo tunc saltem effectus ille erit voluntarius absque præcepto & obligatione v. g. ex eo, quod quis omittat voluntariè exire domo, voluntariè omittit sacrum, quamvis non sit obligatus audire sacrum; ergo saltem aliquando effectus ex omissione secutus est voluntarius absque præcepto.

R. Admittendo totum, ex quo nihil contrâ assertionem sequitur: quia quando una ommissio sequitur per se ex aliâ absque interventione alterius causæ, tunc illa ommissio, licet physicè distincta, quæ immediatè sequitur, non ponit in numero cum aliâ omissione, sed sicut prima est voluntaria, ità etiam secunda; quando autem alia causa intervenit, tunc ommissio secuta ex aliâ omissione non est voluntaria absque præcepto; sit pro exemplo: ex negatione auxilii efficacis sequitur negatio conversionis in peccatore, ex negatione gubernationis navis sequitur negatio appulsûs in portum:

quia hæc negatione
volenti negatione
obtinax in r
nam impellentes,
re voluntaria secut
gatione.

Qui vult causam
& consequens,
videtur; atqui om
voluntariè: quia l
est effectus, & qu
effectum inde secu
taria, etiam effec

illud magis, si
ante antecedentis

non ex vi omi
sequitur mi.
voluntariè secuti, u

quæ per acci
voluntariè neg
voluntaria, non

sequitur, alias
quia, si i
sed ut ex vi i

effectus ex omi
preceptum & c

preceptum non re
voluntariè

preceptum
sequitur ad hoc

in imputabile
quod consequent
voluntas præsupp

rum: quia hæ negationes non immediatè sequuntur ex præcedenti negatione, sed intervenit causa alia: ut voluntas obstinax in malo, fluctus maris navem ultra portum impellentes, ideo illæ negationes ex aliâ negatione voluntariâ secutæ non sunt voluntariæ absque obligatione.

Obj. 2. Qui vult causam & antecedens, vult etiam effectum & consequens, si videlicet illud inde secuturum prævideat; atqui omisio est suo modo causa effectûs inde subsequuti: quia si non esset omisio, non consequeretur effectus, & quia vult ponere omisionem, prævidet effectum inde secuturum. Ergo cui omisio est voluntaria, etiam effectus inde secutus est voluntarius.

R. Distinguendo maj. si effectus sequitur per se ex vi illius causæ antecedentis Con. si effectus sequatur per accidens non ex vi omisionis sed alterius causæ N. similiter distinguitur mi. omisio est suo modo causa effectûs inde subsequuti, ut effectus ad omisionem sequatur per se N. per accidens vi alterius causæ Con. ad probat. subjunctam negatur sequela: ad hoc enim, ut aliquid sit causa, non sufficit, quod sine illo effectus non sequeretur, alias inimicus obvius esset causa suæ occisionis; quia, si inimicus non obviaret, non occideretur; sed ut ex vi ipsius sequatur.

Obj. 3. Ut effectus ex omisione secutus sit imputabilis, requiritur præceptum & obligatio; ergo ut sit voluntarius, præceptum non requiritur: quia imputabilitas supponit rationem voluntarii: ideo enim omisio secuta ex actione voluntariâ est voluntaria absque præcepto, quia præceptum præsupponit voluntarium & minus requiritur ad hoc, ut aliquid sit voluntarium, quam, ut sit imputabile ad culpam.

R. Negando consequentiam, cujus probatio distinguitur: imputabilitas præsupponit rationem voluntarii in iis,

quæ

quæ sunt voluntaria ob intrinsecum principium Con:
 quæ sunt voluntaria ob extrinsecum principium N.
 inter omisionem & effectum ex omisione per accidens
 secutum disparitas est, quod omisio procedat à princi-
 pio intrinseco voluntarii & à vi dominativâ volun-
 tatis, effectus autem ex omisione per accidens secutus
 nec physicè, nec moraliter procedit à voluntate secluso
 præcepto.

DISPUTATIO IV.

De Libertate.

Hominem non solum in statu innocentia, sed
 etiam in statu naturæ lapsæ habere libertatem
 indifferentia contra Lutherum & Calvinum in Con.
 Trid. sess. 6. de Justif. definitum est Can. 5. *Si quis
 liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum
 & extinctum esse dixerit &c. Anathema sit.* Et
 contra Jansenium in propositione damnatâ: *ad me-
 rendum & demerendum in statu natura lapsæ non re-
 quiritur in homine libertas à necessitate sed sufficit li-
 bertas à coactione.* Cujus propositionis falsitatem
 ostendet ulterius.

QUÆSTIO I.

An ad morale requiratur libertas, & qualis?

DICO I. *Ille actiones propriè humane dicuntur
 quæ ex voluntate deliberatâ procedunt.* S. Th.
 hic Q. 1. a. 1. O.

Explico: cum juxtâ S. Th. l. cit. Q. 3. iidem sint
 actus morales & actus humani, ad hoc ut actus nostri
 sint morales; id est: boni vel mali moraliter, lauda-
 biles vel vituperabiles, meritorii vel demeritorii, non
 sufficit spontaneitas seu libertas à coactione, sed re-
 quiritur libertas indifferentia.

Conclu-

De LIB
 ratio est certa de fidi
 impuræ textibus, in
 retur, quia liberè
 Sufficiat illud E
 recto: *Qui posuit*
 su, *facere mala &*
 nam *reperunt ex*
 Tum ex dam
 nam ex sanctis P
 clesia secula,
 ubi, 2. contra Jovi
 Deus, nec ad
 rebatur; alioquin
 rona est.
 none: actus nost
 nisi quia subiac
 tur; sicut actio
 subditur regulis
 à coactione imm
 pici, nec ab eis
 dici. Probat
 actionibus,
 pte deducatur, at
 ctione immunes
 regula deduci,
 actioni, quæ no
 m & extrema, t
 rum determinata;
 sola coactione in
 & ad unum ex suâ
 more beatifico, &
 niam; ergo neque
 S. Th. in 2. dist.
 vere mori ex hoc, qu
 G